

CAPUT IV.

De

TRIGONOMETRIA NON-QUADRANTALIAM
miscellaneorum.

Absolutâ Trigonometriâ Quadrantalium, restat
Non-Quadrantalium.

In Non-Quadrantalibus Triangulis Sphæricis, itidem
ut in Planis Obliquangulis, quatuor partes in quæ-
stionem veniunt, quarum tres dantur, quarta quæ-
ritur.

Sufficiunt ergo tres ad summum partes ad reliquarum
cognitionem comparandum: nisi fortè trium datarum, qua-
rum una alteri opponitur, tertia sit Quadranti propinquior,
quam altera ejusdem generis data. In hoc enim casu requiri-
tur etiam *dari species partis*, quæ tertiæ opponitur, ut reliquæ
sciantur.

Partes porrò tres datæ aut miscellanæ sunt aut puræ.
Miscellanæ sunt, quarum una est diversi generis à re-
liquis duabus.

Ut cum dantur duo latera & angulus aliquis: aut duo an-
guli cum latere aliquo.

Dantur enim:

1. Aut duo Latera & Angulus interjacens:
2. Aut duo Latera & Angulus alteri illorū oppositus:
3. Aut duo Anguli, & Latus interjacens.
4. Aut deniq; Anguli duo, & Latus alteri illorum op-
positum.

Ut au-